UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XI. Herere alicui. Numerus. Neglegi pro neglexi. Sacramenti militaris formula. Correctus Cicero Philippicis, & Terentius Adelphis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70877

Visual Library

CAPVT XI.

*Herere alicui. Numerus. Neglegi pro neglexi. Sacramen-
ti militaris formula. Correctus Cicero Philippicis, & Te-
rentius Adelphis.*

PHILIPPICA XIII. omnes libri editi haben
*Eſt etiam Decius, ab illis opinor Muribus Decijs. Itaque Cæ-
ſaris munere Deciorum quidem multo interuallo per hu
præclarum virum memoria renouata eſt.* Non incom-
dè, abſque libro veteri eſſet, qui legit: *numero Cæ-
ſeſit. Deciorum quidem.* Perſpicuè rectum eſt, *num
Cæſaris heſit.* Herere alicui eſt implicari & irretin
cuius conſuetudine: idque potiſſimùm in vitio po
tur. Terentius Adelphis:

optumè eſt. Metui ne hereret huic.

Ita enim optimum fragmentum Colonienſe, neq
diſſentit Donatus, atque ipſe Demea primore lo
ſcæna:

*Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò: perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.*

Eleganter ergo Cicero hunc Decium nomine dun-
taxat commendatum heſiſſe ait non Cæſari ſed nu-
mero Cæſaris: ſimul & colluuiem familiarium Cæ-
ſaris notans & huius Decij vilitatem, qui ei nume-
rus tantùm fuerit, hoc eſt, precio aut loco nullo. Sic
enim & Horatius: *Nos numerus ſumus.*

Eadem infrà, epiſtola M. Antonij.

*Theopompum nudum expulſum à Trebonio confugere A-
lexandriam neglexiſtis.*

Idem liber, *neglegiſtis*: idque recipere mihi religio no
erit. Locutus ita Æmylius Macer, teſte Diome
Omnem auctoritatem neglegerunt. Et affectaſſe obſo
tas voces Antonium ex Suetonio conſtat.

Aliquanto inferius:

At militibus incluſis opem fertis. nihil moror, illos ſaluos eſſe & ire quò lubet.

Melius ſcripti, *& ire quò iubetis*. Alluſit ad ſacramenti militaris formulam: *Ibo quò Senatus Populúſque Romanus iuſſerit.*

CAPVT XII.

Sarcinare. Aciæ. Machinæ ſarcinatricum. Nonius reſtitutus, & explicatus apud eum Varro.

NONIVS in Sarcinatrices.

Sarcinatrices non (vt quidam volunt) ſarcitrices, quaſi à ſarciendo: ſed magis à ſarcinis, quòd plurimum veſtium ſumant. Varro ὄνος λύρας. Homines ruſticos in vindemia incondita cantare, ſarcinatrices in machinis.

Primùm verba Nonij emaculo, *quod plurimum veſtium ſarciant.* Vult ſarcinare quaſi frequentatiuum eſſe primigenij ſui ſarcire. Deinde in exemplo Varronis, fuit cum legerem, *in aciis:* vt Catullus dixit, *in vino ludere.* Acus enim & aciæ ſarcinatricum & phrygionum propriæ. Titinnius Bubato:

Phrygio fui primò benéque id opus ſciui,
Reliqui acus aciáſque hero atque heræ noſtræ.

Sed muto iam nunc ſententiam. Machinæ pergulæ ſunt, in quibus ſarcinatrices opus factitabant non tantùm modò Mineruæ, ſed alterum quoque illud, ni fallor, Veneris. Semper enim id genus mulierculæ hanc partem malè audiêrunt. Itaque Q. Cicero C. Antonio crimini ponit, amicam eum in Prætura de machinis emiſſe: De petitione Conſul. *Quo tamen in magiſtratu amicam quam palam domi habêret, emit de machinis.* In magnis familiis vt ornatrices, veſtiſpicas; ita ſar-